

(4) Orandum est non in nomine proprio, ut intueri A nos velit Deus, quales simus, aut qualem adepti simus famam nomenque, sed in solo Dei nomine : Joh. xvi, 23. Dan. IX, 17.

## USUS E VERSU VI.

(1) Anima nostra refectio & impinguatio ex sola profiscitur divinâ gratia: vers. 4. hæc suavior adipe, immo vita ipsa: hac satiamur verè pleneque.

(2) Laus nostra versari imprimis, immo unicè, debet circa Deum ac divina opera, v.g. creationis, gubernationis, redemptionis, &c. Cuncta illa celebranda labiis non invitis, semiperitus, sed cantantibus &c. vid. præc. II.

## USUS E VERSU VII.

(1) Recordandum est Dei interdiu ac noctu; tam in lecto, quam conclavi, apud domesticos, exiranteos: ne unquam obrepat oblivio acceptorum accipientorum ve, ne unquam vilescat quotidianum, &c. L. de In gratia.

(2) In stratô nostrô observanda religiosa puritas ac Dei veneratio, non superca libido, &c.

(3) Vigiliae nocturnæ non sint sine pia meditationi. B bus.

## USUS E VERSU VIII.

(1) Deus auxilium non fert, instar hominis, sed ipse met est auxilium, vita ac bonum nostrum sumum.

(2) Tuetur nos potenter, jucundè, salubriter, instar volucrum, pullos sub alis foventium, defendantium, &c. L. de providentiâ.

(3) Cantanda hæc Dei bona jugiter.

## USUS E VERSU IX.

(1) Adhærendum Deo, etiamsi carentum sit templo. Joh. IV, 23. 1. Corinth. III, 16. De unione animæ nostræ cum Deo, vid. L. de Fide, ecclesiæ communione, &c.

## PSALMI LXIV. DISPOSITIO.

## Mores persecutorum. Lingua dolosa.

**E**st hic I. Dei imploratio: ubi (1) generatim petitur ex auditio: v. i. [2] speciatim, vitæ conservatio contra hostes terribiles: ibid. & occultatio contra maleficos, vers. 3. qui describuntur (a) à clandestinis machinationibus: (b) crebris conspirationibus: vers. 3. (c) à lingua maledica, v. 4. (d) læsione sincerorum subdola ac plane proterva: v. 5. (e) maleficentiâ obfirmata: v. 6. (f) insidiatione temeraria: ib. & v. 7.

(2) Sustentamur à Dei dextrâ, quories alias nos prosterneret Satan, mundus atq; caro propria. Hic vires confert, intellectum novâ luce illustrat, voluntatem suscitat, &c.

## USUS E VERSU X.

(1) De insidiis alterius vitæ struttis, præc. V.

(2) Pœna crudelium & immisericordium erit atrocis: Jac. II, 13.

(3) Non tantum mors instat horribilis, nec non corruptio in sepulchrō; verum ipsi infernali crucifixus, tanquam in terræ voraginibus infimis: Luc. XVI, 15.

## USUS E VERSU XI.

(1) Mors violenta, v.g. per gladium, funem, ignem, &c. pœna loco non raro contingit Del piorumque hostibus: Jerem. XII, 9. XXII, 19. Psalm. XXXV, 5. LV, 24.

(2) Sepulchri privatio itidem mundanis grande decus ac pœna: 2. Reg. IX, 35. 1. Reg. XIV, II. XXI, 19. quanquam tale quid si contingat Christi confessibus, in gloriam potius ipsorum cedat, utpote quorum officiis eundem ipse Dominus PI. XXXIV, 21. conf. PI. LIII, 6. CXLI, 7.

(3) Qui vulpinam imitantur indolem, (Luc. XIII, 32.) vulpum in morte fiunt pabulum, immo vulpibus edunt infernalibus in predam.

## USUS E VERSU XII.

(1) Gaudium nobilissimum ac vere regium percipiatur in solo Deo. Rom. V, 1. XIV, 17. Jes. LXI, 10.

(2) Juramentum species divini cultus & obsequii. Absit ex piorum ore nomina Jovis, Herculis, &c. v. præc. II.

(3) Gloriandum non in caducis, sed in supremo Numinis proprio: 1. Cor. I, 30. Jer. IX, 23.

(4) Esto, valde cruentum calamitorum mendaciumque linguis, serio tamen imminet horummet obtutio: Psalm. CXL, 12. Sirach. XX, 27.

## PSALMUS LXIV.

## Lingua dolosa.

II. Pœnarum hostibus impendentium prædictio: [1] Deus eosdem feriet: v. 8. (2) Plage ipsorum similes erunt sagittæ subitæ: ibid. (3) Lingua propria prosternet ipsos: v. 9. (4) Spectatores attoniti diffugient: ibid.

III. Subsequens piorum exhilaratio: (1) Omnis homo intuebitur, v. 10. [2] Opus hocce Domini prædicabit: ibid. (3) factum epius intelligent: ibidem. (4) Justus in Domino latabitur: v. II. (5) in ipsô confidet: immo (6) omnes recti corde gloriabuntur: ibid.

## PSALMUS LXIV.

videatur abjecisse curam, aut instar dormientis statum eorundem ignorare, siccirco ante omnia Audiri exoptant, ut constat ex Psalm. XVII, 6. XXVII, 7. &c.

בְּשִׁירֵי in oratione mea gemebundâ: ) vel querulâ, aut, quando commemo ro calamitates meas; quod mundanis alias fastidium creare solet haut exiguum, ut proinde vel silentium.

## EXPLICATIO VERSUS I.

Psalmus: ) quomodo Rabbini de Danielie etiam allegoricè hunc capiant Psalmum, vide Mais f. 324. ad h. I.

## EXPLICATIO VERSUS II.

וְשָׁמַע audi: ) cum in ærumnis Deus piorum